



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando auium cantum aut aliam musicam audimus. Exercit. 57

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)



**R**ogabimus Deum, vt nobis det gratiam agnoscendi dignitatem nostram, & iuxta illam viuendi.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos tanquam iumenta diuinae maiestati vt nos ducat quo cunque ipsi colhibitam fuerit, sine vlla ex parte nostra resistantia.

*Quando auium cantum aut aliam musicam audimus.*

*Exercit. 57.*

*Psalm. 67. Iubilate Deo omnis terra cantate & exultate & psallite.*

*Ibidem. Psallite Domino in cythara & voce psalmi, in tubis ductilib. & voce tubae cornea.*

*Apoc. 14. Audiu vocem de caelo sicut cytharatorum cytharizantium in cytharis suis, & cantabant quasi canticum nouum.*

*Psalm. 136. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.*

*Consideratio.*

**C**onsiderabimus cantum illum & musicam suauissimam Angelorum in caelis, qui coelestem Hierosolymam implent laetitia.

*Gratiarum actio.*



Gratias agemus Deo quod nos recreet, atque lætificet exteriori hac musica, & quod eadem ad cœlestem musicam desiderandam nos excitet.

*Confusio.*

**P**Vdore suffundemur: considerando cantica nostra in hac lachrymarum valle debere esse planctus & gemitus pro peccatis: propter quæ perpetuis inferni lamentis addici mereremur.

*Petitio.*

**P**Recabimur Deum vt gratiam suam nobis largiatur, virtutemque quo ei gratam musicam in anima nostra concinamus, atque ab illa omnes strepitus & rumores, quæ inordinati appetitus & passionibus effræntæ in ea efficiunt, exterminemus.

*Oblatio.*

**O**fferemus Deo, musicam quam ei Angeli concinunt in cœlis, laudantes ipsum continuè & dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.

*Quar.*